



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Tibiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE TUBA. CAP. XVI.

Sed jam altius insonemus, neque semper in molli Lyra aut fistulis immoremur, sed & Tubam stre-<sup>A. Virgilis
Æneid 9.</sup>

Spitu procul ære canoro exauditam, ad Musica instrumenta reliqua adjiciamus.

CELEBRITAS. CAP. XVII.

Significat tuba famam & celebritatem, unde Romani in Saturnia ædis fastigio Tritonas tubicines ^{Tritonum}
Simponebant, caudis abditis & absconditis: id scilicet eo hieroglyphico significantes, quod histo-^{Tubicint}
ria gestarum rerum ab Saturni commemoratione ad nosfram usque ætatem in oblitteranda celebri-
tate, nota, clara, & quasi vocalis est: qua vero ante Saturnum gesta fuerint, obscura & incognita
in tenebris delitescere: idque sibi velle Tritonum caudas ad humum inclinatas, absconditasque.
Erant vero Tubæ Marti dicatae, ut etiam nunc sunt: in acie enim mos est

Ere ciere viros, Mares magis accendere cantu.

H. lib. 6.

B ERIGENDÆ MENTIS SIGNUM.

CAP. XVIII.

In facris vero literis tuba suum habet intellectum. Nam quæ memoria tubarum celebranda man-^{Num. c. 5.}
datur à Deo prima septimi mensis die, nihil aliud sibi vult, ut interpretantur Theologi, nisi debere ^{Esaie c. 5. 8.}
nos Prophetarum oracula memoria repetere, Evangelicas voces omnino recognoscere, Apostolorum ^{E. Osee c. 3.}
predicationes coelestium tubarum instar, quarum sonus in omnes terræ fines exire destinatum erat, ^{E. passim} in Psalm.
reminisci, & ita initio mensis tuba canamus, & in Psalmis Deo jubilemus.

DE TIBIIS. CAP. XIX.

Sed tibiis Veneri sacra ferebantur, eaque de causa in ovatione tibiis & myrto Romanos uti soli-
tos Plutarchus ait in Marcello.

SENSUS. CAP. XX.

Eadem Panis perinde ac etiam fistula, attributa, quippe quem sensibus mundi rectorem intelligebant: sonus enim non nisi sensu percipitur. Atqui Apollinem etiam ajunt à Pallade doctum libenter tibiis cecinisse: & in altera simulacri ejus, quod Deli erat, manu, tres insidebant Gratiae, quarum una Lyram, alia tibias, tercia fistulam, qua inter has media erat, gestabat: & dona legas ab Hyperboreis Delum missa, Cithara, tibiis & fistula comitantibus.

SACRORUM TEMPUS. CAP. XX.

Tibia sane rei sacræ signum erat, præcationumq; facienda-
rum tempus indicabat, quasi adesse jam Deum per eam
admonerentur, qui sacris assisterent. Nos quoq; cum in san-
ctis tibiis sacra facimus, æris tintinni sono divini libum mysterii adorandum innuimus. Sed quod
ad tibiis spectat, minimè recens, neque imperitæ plebeculæ dicterum est de cestantibus tibicinem
expectare, sed antiquum & nobile, quippe quo Scipio minor utus est in Pompejum, qui tibicinis fi-
lius credebatur. Pompejus enim C. Lælio Consulatum ambiente, cui Scipio maxime favebat, nega-
verat Scipioni se petiturum, ad futurum vero Lælio, eumque deducturum: quen dum expectarent, Tibicinū
auditum est eum jam candidatum prehensare obvios. Tum Scipio ridens: *Ns, inquit, nos egregiæ sinuæ tibiis,*
fulti sumus, qui perinde ac Deos, non homines præcaturi sumus, tempus terimus tibicines expectantes. *Auλητæ*
Hinc anfam arripuit Cornelius Tacitus, ubi lib. 14. de Octavia Messalina filia loquens: *An quia, Ciov ζεις,*
ait, verum progeniem penatibus Cesarum datura sit, malle populum Romanum tibicinis Ægyptii sibolem
imperatorio fastigio induci? Nempe propter Pompejum, qui, ut dicebamus, Tibicen a Scipione vo-
catus est. Octavia vero a Scribonia Augusti uxore descendebat.

Ffff 2

DE



Apollinus in
Dolo sumus-
lacrurus.

Quin & quæ
a canu Pan-
tifica libue
aderant
tincteque
immunes
sibebant in
eos diluum